

Vogel, Joh. Alois.  
Delineatio.



169



3

M

AD

VIRI

DELINEATIO

LIBRI PVFFENDORFFII

DE

OFFICIO HOMINIS  
ET CIVIS


PRAELECTIONIBVS ACADEMICIS

ACCOMMODATA

AVCTORE

JOHANNE GODOFREDO VOGELIO

JVRIVM CANDIDATO



BIGAE.

FRATRVM. GERMANORVM.

VIRIS

VIDELICET.

*AMPLIS. CONSULTIS. EXCELLENTISSIMO.*

DN. D. FRIDERICO CONRADO  
BERCKMANNO.

SACR. SARMAT. REG. MAJEST. ET SERENIS. ELECT.  
SAXON. ACCISARVM. CONSILIARIO.

NEC. NON.

*NOBILISS. AMPLISS. EXPERIENTISSIMO.*

DN. ERNESTO. GOTTLOB.  
BERCKMANNO.

ARTIS. SALVTARIS. DOCTORI. FELICISSIMO.

PATRONIS. FAVORIBVS. AFFINIBVS.

OMNIS. OBSEQVIL. HONORIS. AMORIS. CVLTV.  
PROSEQVENDIS. DEVENERANDIS.

PAVCAS. HAS. PAGELLAS

*IN. AMORIS. ET. OBSERVANTIAE. STMBOLVM. VLTERIORIS. ITIDEM.  
FAVENTIAE. AVCPIVM. SACRAS. ESSE. CVPIIT.*

IPSIS.

VOTO. ET. FACTO. DEDITISSIMVS.

JOH. GODOFR. VOGELIVS.



# PROOEMIUM,

De

## VERA JURIS DIVINI DIFFERENTIA.



Omnia, quae mortales, ut vocant, viatores, de Deo Aeterno ac Infinito illo Numine discunt et cognoscunt, discere et cognoscere dicuntur vel ex lumine naturae, vel ex lumine gratiae. Duo, puta, menti, prout corpori humano, ab luminum Patre gratiose data et concessa fuerunt lumina, quae hominem, ad veritates salutares hujus et illius vitae consequendas ducunt veluti ac invitant. Illi lumini *τα φυσικα*, huic vero *τα νοητα* debentur. Illi liber naturae, huic gratiae patet; Ibi viribus nostris, hic gratia opus est. Vtraque haec lumina dona Dei sunt singularia, ita ab mortali tractanda, ut neutrum eorum abiciat, aut unum cum altero confundat. Stupescimus hinc merito audientes hoc Philosophi effatum, et quidem, si Dis placet, Magni, Protagorae cujusdam Abderitae, vel

)( 2

vel Diagorae, vel Theodori Cyreniaci: *περὶ μὲν θεῶν ἢν ἔχω εἰδεῖναι, εἰδ' ὡς εἰσιν, εἰδ' ὡς ἢν εἰσιν*. Aut ruminare istud Ostoradi, infausti ipsius Fausti Söcini discipuli: Daß die Menschen von Gott oder von der Gottheit etwas wissen/das haben sie nicht von Natur/sondern hören/sagen; Eintemahl sich Gott von Anfang den Menschen geoffenbahret hat. Vel rumpere illud Arminianorum, et quidem Simonis Episcopii, eorundem Primicerii, dum inquit: An cognitio Dei naturalis sit? distinguimus. An cognitio Dei, quae ex natura habetur naturalis sit? negamus. Deploranda fane est horum hominum caecitas, qui in media luce constituti, negant se videre lucem; Nec minor est illorum infania, qui tot tantisque existentiae divinae et luminis Naturalis documentis undique cincti, Deum, dicente Tertull. recognoscere nolunt, quem ignorare nequeunt. Sed mitto Protagoram cum suis, mitto Arminianos, vel uti se ipsos appellare malunt Remonstrantes, Socinianos, Calvinianos, aliosque, quos non tam speculativos quam practicos nominare licebit atheos, mitto horum in contrariam partem allata argumenta, millies passim apud philosophos recocta, ut ne Poliphemi quidem ferre possit stomachus. Nostra potius cum Treunero plorabo tempora, quibus eheu! vera quidem de Deo multa proloquuntur, sentiunt autem non nisi paucissimi. Simulat barbarus ignorantiam Numinis, nos eam dissimulamus. Dissimulat gentilis homo scientiam divinitatis, Christiani dissimulant. *περὶ μὲν θεῶν*, inquit Protagoras, *ἢν ἔχω εἰδεῖναι, εἰδ' ὡς εἰσιν, εἰδ' ὡς ἢν εἰσιν*. ah! quam multi, sit ne Deus an non sit, sitne lumen naturale et gratiae an non sit, dicere haut habent, et multa tamen dicere sibi sumunt. Huic itaque deterrimo hominum generi, qui vel maxime in obscuranda cognitione divina relativa nec non absoluta ausu plus temerario occupantur, presum ut pollicem praebeamus, imo horum sententiam quandoque temere susceptam censoria quadam virgula notemus, nostrarum partium erit. Nihil vero lumini Nat. ab hostibus istis antiquis, imbellibus certo et fere aggressibus metuentes, recto nunc tramite ad naturam praesentis instituti, hoc est, ad differentiam Juris Divini breviter in hac *διασκέψει* explicandam me accingo. Quo vero tutiori pede in subsequentiis progredi liceat, sequens totius veluti futuri cardinis *ζήτημα* stabilire juvabit. Omne jus divinum est vel naturale vel positivum, tertium non datur. Fundamentum hujus divisionis est desumptum a principio cognoscendi et objecto Reali. Vtrumque jus Legislatorem unice agnoscit Deum, qui, ut est ipsa Justitia, sic homini a primo ortu justitiae suae

radium,

radium, indidit, nec non ex altero capite; voluntatem suam singularem revelavit, unde ratione causae efficientis inter utramque legem differentia non est. Quid mirum? conveniunt enim causa, auctoritate et effectu. Fluunt ex voluntate Dei, obligant omnes homines, imo singulari iura excedentes, in easdem incurrent poenas. Egregie id confirmat Paulus, in episcopali sua instructione h. e. in epistola ad Romanos 2, v. 14. elaborata. Dicitur autem hocce Jus a Paulo congenitum, imo cordi hominum inscriptum, h. e. intellectui possibili, quod vero non nisi de potentia proxima, (quo nihil absurdius cum esse dicit Adr. Heereboord ipse absurdus est) prout in epilogo dabimus, erit intelligendum. Ut plurimum autem Jus Naturale ab Naturalistis dividi solet, in primum et secundarium. Propugnat hanc divisionem Grotius, et aliam ex Stoicorum Scholis petitam, inter prima et secunda admittit. Nos cujusvis arbitrio relinquimus, an instinctum, qui quidem si de jure res agatur, jus dici non valet, κατὰ τὴν φύσιν juris primarii titulo insignire, vel cum Bodino jus in naturale, das natürlich begreifliche/ et naturae das in die Natur eingepflanzte Recht/ dispesci velit. Neque vero est, quod pessimae homines notae, eo delabi velint emotae et profligatae mentis, ut statuunt: Plane nullum existi lumen Naturae. Horreo sane eorum detestanda producere argumenta, quae saepe his meis auribus audivi, hoc meo spiritu refutavi, et si opus est, ad juramentum perhorrescentiae me offero. Hic si enarrare stupeo, multo magis refellere. Tu quisquis es L. B. cogita an in eorum censum referre commerearis, vel utrum ex opposito erronee cum Grotio in Proleg. cogitaveris unquam: Jus naturae obligaturum fore, etiamsi dares, Deum non existere, nec negotia hominum curare. Si prius, excute animum tuum, et audi sanctum istud: Es ist das Wort fast nahe bey dir in deinem Munde und in deinem Herzen/ daß du es thust. add. Epist. ad Rom. 2, v. 15. et 2. Cor. 3. Si posterius, diligenter perpende, utrum jus sine superiori, h. e. sine Legislatore concipi possit. Sed strepitum cujusdam non adeo crasse philosophantis subaudio, qui ob lapsum Protoplastorum, et inde ortam rationis obscuritatem atque caliginem, ipsum lumen natural. pro obscuro imo pro nullo venditare an nititur. Sed quaeso scias, velim, vitium hoc non in lumine naturae, sed in nobis esse. His si fidem dare erubescis; adi Paulum in moralitate satis edoctum, ac quidem ad Rom. 1, v. 20. 21. et 1. Cor. 5. Deinde nos Christiani per invocationem Numinis divini, vitae sanctimoniam, et inde eventientem benedictionem multa scimus, quae ignorant Ethnici 1. Cor. 2. Eph.



2. Quis posuit in Rebus sapientiam? aut quis dedit intellectui intelligentiam? ita quaerit ex Hiobo ipse Deus, Job. 38, v. 36. conf. c. 32, v. 8. Pf. 51. Sed nondum cesat hic telis nos adoriri suis. Cum probatum sit, pergit, dari lumen naturae, quare olim id negarunt et Theologi et Philosophi, quare adhuc in dubium vocatur hodie. Respond. vero ad argumentum, distinguendo inter malitiosam luminis Nat. negationem et veram ejusdem ignorantiam. Nihil tam absurde dici potest quod non dicatur ab uno philosophorum, addiderim ego Theologorum, celeberrimi Ciceronis effatum est. Sic Petrus, ut unico demum ob chartae iniquitatem utar exemplo, negabat se nosse Christum, cujus tamen habebat notitiam exactissimam. Distingue tamen, si cupis, inter actum primum et secundum, et sic habebis atheum mere practicum, non speculativum. Et haec quidem dicta sufficiant de Jure Naturali, cujus, ut opinor, nemo sanae mentis existentiam inficiabitur, restat nunc jus positivum, cujus principium cognoscendi est promulgatio divina, respectu quo differt ab Jure Naturali Arg. Rom. 7, v. 7. Hocce jus promulgatum vel toti humano generi, vel soli populo Judaico, tertium enim non datur. Pf. 147, v. 19. et 20. et 119, 98. 99. Deut. 4, v. 7. et 8. Orta hinc est famosa satis Juris positivi divisio, in morale, Ceremoniale et forense. Vt vero nostras de hac divisione meditationes paucis (omnia enim producere brevitatis, quibus studemus, vetat) explicemus, monendum, eam minime esse adaequatam, cum permultae leges extent divinae, quae ad neutram speciem referri valeant. Quorsum enim, ut de suo nobis largiatur Bodinus, leges de fide in Christum, de Sacramentis I. Cor. 2, v. 14. et I, v. 23. quo etiam pertinent praecepta Abrahae? Gen. 22, v. 2. Hoseae, Oseae I, v. 2. et 3, v. 1. 2. 3. Populo Israëlitico Exod. 11, v. 2. et 3, v. 22. a Deo specialiter data? quo pertinerent leges cibariae? et ut taceam alias. Jus autem positivum morale ab Theologis, Jctis, et rerum moralium scriptoribus dividitur in simpliciter tale, quod morale naturale vocant, et positivum, quod morale positivum appellant. Hanc distinctionem retinendam esse, monet Stryk. ad Brunnem. Jus Eccl. cum alias ab innumeris difficultatibus nos liberare nequeamus. Nos e contra, pace tanti viri, eam rejiciendam esse sustinemus. Nullum scilicet aliud admittimus jus morale, nisi quod naturale audit, imo revera nullum aliud existit. Provocanti vero ad Decalogum; ad prohibitionem graduum Lev. 18. Sodomiae Levit. 18, v. 21. 22. 23. et 20. Deut. 18, 10. 2. Reg. 23, 10. Jer. 7, 31. 32. 35. Rom. 1, 27. I. Cor. 6, 9. Exod. 22, v. 19. Deut. 27, 21. et congressus cum men-  
strua-



struata L. 20, v. 18. et 18, v. 19. Ezech. 18, v. 6. respondetur, ea pertinere omnia partim ad Jus Morale h. e. Naturale, partim ad revelatum seu praescriptum. Urgent contradicentes πολυθρύλλητον et ajunt: est tamen in scripturam redactum. Nos Palladi Minervam conciliamus adjecta responsione. Sed accessione scripturae non aliae factae sunt species. Instant. Et ita decalogus erit ipsissimum Jus Naturae; Sed minus recte: cum Decalogus et lex Natur. in universum non sint idem, siquidem decalogus nec omnia legis Nat. praecepta, nec sola tradit, prout ordinatae hujus rei aciem fiunt Theologi. Legem Ceremonialem quod attinet, ea, ratione promulgationis soli populo Judaico fuerit data, et durare tantum debuit usque ad Christum, quem adumbravit. Sublata vero est haec lex in momento mortis Christi, non Nativitatis, prout quidam contra Scripturae S. oracula Matth. 8, v. 4. 26, v. 17. seq. et 27, v. 51. Luc. 2, v. 21. Joh. 19, v. 30. Hebr. 9, v. 12. id asserunt ac defendunt. Haut vero obstat, quod pertinax Judaea gens Christum advenisse neget, Novum Testamentum despiciat, imo legem illam antiquam sibi adhuc observandam esse contendat. Huc quoque pertinent leges vestiariae, de munditie externa Deut. 23, v. 10. et 12. Levit. 15. nec non leges cibariae Arg. Deut. 14, v. 3. Restat lex forensis Mosaica, quam Eruditi ultra Vulgus sapere contententes particularem, solos scil. Judaeos obstringentem praedicant. Haec periculosa fatis, non dicam pestilentissima assertio, in qua acutissima etiam vacillant ingenia, novaturientibus nonnullis Anabaptistis, impudenter asserendi occasionem dedit, quod in Novo Testamento omnis Magistratus politicus sit extirpandus, imo ad ultimas Gemonias relegandus. Huic ut occurratur efficacius, ostendam ipse firmis, ceu spero, argumentis, legem divinam forenses, cum omnia nobis praescripta sint ad doctrinam Rom. 15, v. 4. 1. ad Timoth. 1, v. 8. 9. ratione obligationis esse universalem ratione vero promulgationis particularem. Neque vero est, quod statim initii objicias; deficiente promulgatione deficit etiam obligatio, quia nulla obligatio existit sine promulgatione, imo in omni lege requiritur, ut sciam, ut velim, ut faciam. Resp. Leges hae non poterant promulgari, cum gentes a vero Deo jam secessionem fecissent. Tractaturi vero erimus hanc intricatam fatis et multis difficultatibus obnoxiam controversiam, quae magnorum Virorum animos adhuc in diversa trahit (1) παρασκευαστικῶς seu statum controversiae rite formando, (2) κατασκευαστικῶς seu theses probationem subijciendo et (3) ἀντισκευαστικῶς seu antithesim refutando. Verum cum promiserimus; nos  
faltim



faltem breviter dicturos de differentia juris divini, 'notas' quasi quasdam adscribendo, debitum quodammodo exsolvisse censebimur, ac pro chartae temporisque angustia ostendisse, rationem dividendi jus divinum hactenus traditam minus esse adaequatam. Cum scilicet circa hanc potissimum doctrinam multa omnino disquiri possint, quae quidem his plagulis comprehendi nequeant, commodiori loco, tempori ac disquisitioni, quae de hac nobilissima materia differi poterunt, reservabimus. Jam utinam resonaret in horum auribus fulmen illud divinum 1. Reg. 20, v. 42. Quia dimisisti Virum, quem ego occidere jusseram, erit anima tua loco illius. Et haec quidem hactenus adduxisse, non inconveniens credo erit ab instituto, cujus causa calamum suscepi. Exposui nimirum huc usque, quantum occasio et ingenium tulit, tam publice quam privatim jura et divina et humana, Elementaria puta, Systematica et Suppletoria, imo adhuc, licet undique tempestates, undique procellae cumulatim nec sine impetu ingruant, in eis explicandis occupor, ita tamen, ut finem prope diem subjiciam. Cum vero Viri-Juvenes Clarissimi premerent industria opus legitimum, (ut est cupidus discendi ardor) imo rogarent, ut, addito Collegio Disputatorio, denuo ad interpretanda jura me accingam, imo in ipsorum gratiam Puffendorffium delineatum prelo demandem, vicit apud me illa ratio: debere me petentibus rem honestam gratificari quoquo pacto, inferviendo honestissimae voluntati, et enixae petitioni. Cumque observarem, differentiam Juris Divini hactenus publici juris factam, minime esse adaequatam, neque omnibus arridere, non dubitavi meam in hoc argumento locare operam, imo pauca, ceteris reservatis, de differentia hujus Juris praemittere. Nemo vero mihi vitio vertet, quod allegatione Auctorum in hoc Prooemio abstinuerim, imo dicet, aliorum forte debentur observationibus. Resp. quis omnia solus pervideat. Sed non opus erit ut dicam cujus. Periti jam vident, imperitis parum prodesset. Hunc itaque laborem brevi auspiciabor epocha, et continuabo singulis diebus, si omnipotentia divina sanitatem et otium clementissime servaverit. Summum autem Numen nostrum fortunet coeptum! Boni pro-

benent conatum! Eruditi humanitate suppleant defectus!

Malevoli cum omnia carpant, pietatem  
non possint.



# DELINEATIO LIBRI PUFFENDORFII

DE O. H. & C.

*Ad officium Hominis & Civis intelligendum  
requiritur*

- I Præcognitio de actionis humanae
  - I Natura, ubi not. actionum
    - I Origo, proveniunt enim
      - I Prælucente Intellectu, qui alias vocari solet conscientia, quæ
        - I Est
          - I Recta
          - 2 Dubia
          - 3 Probabilis
          - 4 Erronea, errore
            - I Vincibili.
            - 2 Invincibili
        - 2 Contrarium habet ignorantiam, quæ est
          - I { Efficax,  
Concomitans,
          - 2 { Voluntaria,  
Involuntaria.
      - 2 Decernente voluntate, per quam homo tum spontè tum libere agit,  
& quamvis semper feratur in bonum, eandem tamen inclinare  
solent
        - I Peculiaris ingenii dispositio
        - 2 Consuetudo

α β γ δ

A

- ) 2 (
- |   |   |   |  |
|---|---|---|--|
| a | b | γ | δ  |
|   |   |   | 3 Affectus   |
|   |   |   | 4 Ebrietas.  |
|   |   | 2 | Diviso in  |
|   |   |   | 1 Voluntarias  |
|   |   |   | 2 Invitas  |
|   |   |   | 3 Mixtas.  |
|   |   | 3 | Affectio Imputatio, ubi ostenditur                                 |
|   |   |   | 1 Quanam actiones imputari possint per IX. Prop.                   |
|   |   |   | 2 Quot modis aliquid imputetur                                     |
|   |   | 2 | Norma s. Lege, cujus obs.  |
|   |   |   | 1 Vinculum, Obligatio  |
|   |   | 2 | Requisita videlicet cognitio                                       |
|   |   |   | 1 Legislatoris   |
|   |   |   | 2 Legis per promulgationem.  |
|   |   | 3 | Patres & Materia.  |
|   |   | 4 | Dispensatio, quæ differt ab æquitate                               |
|   |   | 5 | Relatio ad actiones hum. ob quam aliæ dicuntur                     |
|   |   |   | 1 Necessariæ vel licitæ  |
|   |   |   | 2 Bonæ vel Malæ  |
|   |   |   | 3 Justæ vel Injustæ, ubi not.                                      |
|   |   |   | 1 Justitia tributa tam actionibus quam Personis, illa dividitur in |
|   |   |   | 1 Universalem  |
|   |   |   | 2 Particularem   |
|   |   |   | 1 Distributivam  |
|   |   |   | 2 Commutativam.  |
|   |   |   | 2 Injustitia cujus Effectus est injuria.                           |

- 3
- β
- 6 Diviso in legem
- I Divinam, quæ est
- I Naturalis cuius not.
- I Pars fundamentalis, quæ est socialitas necessario colenda & servanda
- 2 Vis & origo à DEO Creatore & Conservatore omnium.
- 3 Inscriptio naturalis.
- 4 Distributio, videlicet præseribit, ut quis se gerere debeat adversus
- I DEUM.
- 1
- 2 Seipsum.
- 1
- 3 Alios homines.
- 2 Positiva
- 2 Humanam seu Positivam.
- II Tractatio ipsa, in qua agitur de officiis hominis & civis adversus
- I DEUM seu de religionis natura, de qua observandum, quod ea
- I Constet Propositionibus
- I Theoreticis
- I DEUM existere
- 1
- 2 Esse universi hujus conditorem
- 1
- 3 In universa regimen exercere
- 1
- 4 Imperfectionem nullam habere.
- 2 Practicis, quæ versantur circa cultum DEI
- I Internum, qui consistit in honore ejus
- 1
- 2 Externum, qui variis modis fieri debet.
- 1
- 2 Habeat insignem usum, sitque severa ultimum & firmissimum humanæ societatis vinculum.
- 2 Seipsum
- I Quoad animum, honestate & artibus excolendum.
- 1
- 2 Quoad corpus
- I Labore & alimentis firmandum

a β

1

2 Compeſcendum in Affectibus

1

3 In vita conſervandum, quo pertinet Defenſio contra

I Ultero invadentem

I Vitam

I Sine alterius læſione, qui modus omnino eſt licitus.

1

2 Cum læſione ubi obſ.

I Interdum tutiora remedia tentanda.

1

2 Interdum eſſe defenſionem inculpatam conſid. tamen

I An in naturali libertate, an v. imperio civili

1 degat.

2 Tempus inculpatæ tutelæ.

2 Membra.

1

3 Pudicitiam

1

4 Res

2 Prius læſum.

3 In caſu neceſſitatis, e. g.

I Morbo

1

2 Comuni vitæ periculo

1

3 Periculo mortis aut magnæ læſionis intentato.

1

4 Inopia victus & alimentorum.

1

5 Rebus conſervandis cum damno alterius.

3 Alios homines, quomodo officia ſunt

I Abſoluta pag. 100.

I Neminem lædere, unde ſequitur ſarciendum eſſe damnum quod datur qua rem vel fructum

I Vel per ſe vel alios, e. g. Servum vel animalia noſtra.

1

a β



2 β

2 Vel dolo malo i. e. malicia vel per negligentiam s. culpam.

2 Agnoscere naturalem hominum æqualitatem, circa quod observ.

1 In quo consistat

1

2 Quomodo contra id peccetur

1 Superbia,

1

2 Contemptu.

3 --- Alterius utilitatem promovere vel

1 Indefinite per ingenii culturam & solertiam

1

2 Definite, ut vel

1 Nihil nobis decedat, quæ vocari solent res innoxie

1 utilitatis.

2 Aliquid decedat, qualia sunt beneficia, adversus quæ requiritur gratus animus.

2 Hypothetica, ubi observanda

1 Transitus ab officiis absolutis ad Hypothetica per Pacta & Promissa, circa quæ not.

1 Necessitas

1

2 Generale officium, ut quilibet fidem datam servet, ubi not.

1 Alia deberi ex jure perfecto, alia ex imperfecto

1

2 Fidem dari vel per actum

1 Solitarium seu *μονόπλευρον*, qui vocatur promissio gratuita, quæ est

1 Perfecta

1

2 Imperfecta

2 Reciprocum seu *διπλευρον*, qui vocatur pactum.

3 Obligatio, quæ requirit ultroneum nostrum consensum, & in promissis mutuum per signa expressum, quem impediunt

1 Imbecillitas rationis,

1

2 Error.

1

3 Dolus,

1

4 Metus, de quibus quædam Regg.

4 Circa Materiam, quod Promissa & Pacta non fiat

1 Supra nostras vires.

α β

A 3

- a β
- 2 De re illicita.
- 3 De rebus alienis.
- 5 Formula, qua concipiuntur
  - 1 Pure & absolute
  - 2 Sub conditione, sunt autem conditiones vel
    - 1 possibiles
      - 1 Casuales
      - 2 Potestativæ
      - 3 Mixtæ
    - 2 Impossibiles
      - 1 Physice,
      - 2 Moraliter.
  - 6 Executio, sunt enim vel per nos ipsos, vel per internuncios.
- 2 Designatio eorum, prout præsupponunt
  - 1 Institutum aliquod humanum, quod triplex deprehenditur
    - 1 Sermo, circa cuius usum Lex naturæ dicitur, ac quis sermone aut aliis signis decipiat, ubi observ.
      - 1 Duplex obligatio
        - 1 Ut certæ rei certum vocabulum applicetur
        - 2 Ut animi sensa liquido aperiantur, licet hæc duo non semper usu venire debeant.
      - 2 Veritatis & mendacii natura
    - 3 Firmamentum sermonis & aliorum actuum per iuramentum, cuius not.
      - 1 Definitio.
      - 2 Finis
      - 3 Res, per quam concipitur
      - 4 Formula.
      - 5 Obligatio,
      - 6 Interpretatio,
      - 7 Divisio.
- a β





- 2 **Dominium rerum, cuius not.**
  - 1 Origo
  - 2 Definitio
  - 3 Objecta
  - 4 **Modi acquirendi Domini sunt**
    - 1 **Originarii**
      - 1 Simpliciter tales, hodie non nisi Occupatio
      - 2 Secundum quid, per
        - 1 Accessiones &
        - 2 Servitutes
          - 1 Personales
          - 2 Reales.
    - 2 Derivativi, quibus res devolvitur in alium vel
      - 1 Ex dispositione legis,
      - 2 Facto prioris Domini & quidem vel
        - 1 Bonorum universitas
          - 1 In successione ab intestato
          - 2 Per Testamentum,
          - 3 Per Donationem
          - 4 Per Contractus.
        - 2 Portio.
      - 3 Quandoque etiam invito Domino
        - 4 Per usucapionem.
        - 5 Officia tria cum suis conclusionibus.
- 3 **Pretium cuius not.**
  - 1 Origo
  - 2 Divisio in



a

- 1 Vulgare
- 2 Eminens, cujus not.
  - 1 Oligo.
  - 2 Materia.
  - 3 Valor.
- 3 Fundamentum.
- 4 Intensionis & Remissionis causæ.
- 5 Æstimatio . per quam dicitur vel Legitimum vel Vulgare.
- 6 Consequens, Contractus, quippe qui pretia & Dominia præsupponunt.  
Circa quos observanda sunt.

I Divisio in

- 1 Beneficos
  - 1 Mandatum,
  - 2 Commodatum
  - 3 Depositum
- 2 Onerosos, ut sunt
  - 1 Permutatio, quæ à reciproca donatione distinguitur.
  - 2 Emptio & venditio, cujus sunt varia pacta & genera.
  - 3 Locatio & conductio
  - 4 Mutuum, quod datur vel
    - 1 Gratis
    - 2 Cum usura
  - 5 Societas
  - 6 Qui aleam continent, seu
    - 1 Sponsiones, quo spectant lusus & lotariæ
    - 2 Olla fortunæ
    - 3 Assuratio.

a



- 2 Firmamentum per
  - 1 Fideiussiones
    - 2 Pignus s. hypothecam. Sunt autem res, quæ pignori opponuntur, vel
      - 1 Fructuosæ, quibus addi solet Pactum Antichreticum
        - 2 Steriles, quibus addi solet lex commissoria.
  - 3 Modi solvendi obligationes ex pactis oriundas, sunt. 1. Expletio aut solutio ejus de quo fuit conventum. 2. Compensatio. 3. Condonatio. 4. Mutuus dissensus. 5. Perfidia. 6. Status mutatio. 7. Tempus. 8. Mors. 9. Delegatio.
  - 4 Interpretatio ad leges & pacta intelligenda: Circa hanc observandæ sunt certæ regulæ de
    - 1 Verbis popularibus
      - 2 Vocabulis artium
        - 3 Sensu investigando, vel conjecturis circa verba vel orationem, quæ petuntur vel ex
          - 1 Substrata materia
            - 2 Effectu & consequentibus
              - 3 Coniunctis loco & vel origine
                - 4 Ratione legis.
                  - 5 Diversa verborum significatione
                    - 1 Laxiori
                      - 2 Strictiori, ut à verba generalia restringantur, contingit id ex
                        - 1 Defectu voluntatis originario
                          - 2 Casus emergentis cum voluntate repugnantia.
                            - Huc pertinet etiam exceptio ab universali locutione de qua qq.pec. Regg.
      - 6 Materia diversa
        - 1 Favorabilis,
          - 2 Odiosa,
            - 3 Mixta.

B



2 0

2 Statum diversum, qui est

1 Naturalis, qui considerari potest

1 In Ordine

1 Ad creatorem, cui statui opponitur vita & conditio brutorum.

2 Singulorum hominum ad seipso, qui status opponitur vitæ per industriam hominum exultæ

3 Ad alios homines, qui status opponitur statui civili.

2 Prout vel per fictionem vel revera existit.

3 Quoad sua jura, quo respectu dicitur Libertas naturalis & quivis æqualis censetur.

4 Quoad sua incommoda.

2 Adventitius, quales sunt Societates

1 Simples seu parvæ

1 Matrimonium, cujus not.

1 Finis

2 Obligatio ad contrahendum matrimonium consideratur in respectu ad 1 Totum genus humanum

2 Singulos, inter quos intervenire solet pactum, quod certis capitibus absolvitur.

3 Impedimentum Morale, arcta nimis sanguinis aut affinitatis conjunctio.

4 Solemnia.

5 Officia.

2 Societas Paterna, cujus notanda

1 Origo

2 Jus

3 Potestas, quæ confid. respectu

1 Familiarum diversarum & genituræ.

2 Etatis diversæ

4 Administratio.

5 Officia reciproca.

2 0



- 3 Societas Herilis, ubi not.
  - 1 Origo
    - 2 Potestas Herorum & conditio servorum pro eorum variis gradibus.
- 2 Compositæ, Civitates, ubi not.
  - 1 Causa impulsiva
    - 1 Non sufficiens
      - 1 Natura, quod patet ex
        - 1 Conditione constitutarum civitatum.
        - 2 Requisitis boni civis.
        - 3 Repugnantia in natura hominis.
      - 2 Nec Lex naturalis, nec
      - 3 Metus Divini Numinis nec
      - 4 Conscientiæ morsus.
    - 2 Genuina ac Principalis, ut præsidia homines sibi circumspicerent, contra mala quæ homini ab homine imminet
  - 2 Interna structura, ad quam requiruntur
    - 1 Insignis multitudo
      - 2 Consensus, cujus sunt
        - 1 Impedimenta duo
          - 1 Diversitas inclinationis & iudicii.
          - 2 Torpor & averfatio faciendi quod utile est.
        - 2 Remedia duo
          - 1 Unio.
          - 2 Potestas
      - 3 Duo pacta & unum decretum.
  - 3 Definitio, qua civitas concipitur ad modum unius Personæ, quæ habet sua peculiaria jura & proprias res, exeritque voluntatem suam vel per unum hominem, vel per unum Concilium, & sic imperans dicitur vel Monarcha, Senatus aut Populus liber: Reliqui subditi aut cives, suntque vel originarii vel Adscititii. Hic in imperio ita constituto observari merentur
    - 1 Partes summi Imperii in genere
      - 1 Significare voluntatem. 2. Representare metum. 3. Lites cognoscere.
      - 4. Congregare, unire, armare, &c. & fœdera pangere. 5. Constituere ministros & Magistratus. 6. Sumtus procurare. 7. Doctores ordinare.

α β

2 Formæ Rerumpublicarum quæ sunt

1 Regulares

1 Monarchia

2 Aristocratia.

3 Democratia, quarum observ.

1 Potestas.

2 Vitia

1 Hominum

1 Tyrannis

2 Oligarchia

3 Ochlocratia

2 Status

2 Irregulares, ut sunt Systematâ civitatum, quæ oriuntur ex

1 Conventione

2 Perpetuo fœdere.

3 Affectiones Imperii civilis, quod sit

1 Summum. 2. *Αυτοκρατορ*. 3. Legibus civilibus superius. 4. Sanctum.

5. Absolutum vel limitatum. 6. Vario modo habitum.

4 Modi acquirendi imperium

1 Occupatio.

2 Electio, quam antecedere solet Interregnum.

3 Successio, vel arbitrio Regis vel Populi.

5 Officium summorum imperantium.

1 Cognitio officii. 2. Salutis publicæ procuratio. 3. Disciplina publica. 4. Legum præscriptio. 5. Executio. 6. Securitatis præstatio. 7. Ministrorum constitutio. 8. Tributorum exactio. 9. Rei familiaris civium cura. 10. Civium unio. 11. Virtutis & armorum curatio.

6 Partes summi Imperii in specie

1 Leges civiles sic dictæ respectu autoritatis vel originis, quarum obs.

1 Finis, commodum Reipubl.

2 Vis per sanctionem poenalem & actiones, quibus tempus, modus, locus & Personæ assignantur.

α β



B

2 Jus vitæ & necis

1 Indirecte ad defensionem civitatis

2 Directe per pœnam, ubi notatur

1 Finis, præcautio læsionum & injuriarum, respicienda à est utilitas ejus.

1 Qui peccavit

2 Qui læsus fuit.

3 Omnium.

2 Non puniri

1 Actus mere internos.

2 Minutissimos lapsus

3 Vitia animi ex corruptione mortalium communi resultantia.

3 Gravitas delictorum, unde æstimanda?

4 Pœnæ genus & quantitas.

3 Existimatio quæ dividitur in

1 Simplicem, in statu

1 Naturali quæ vel

1 Integra habetur

2 Diminuitur.

3 Consumitur.

2 Intra Civitates degentium, quæ deficit vel ex

1 Mero statu

2 Delicto.

2 Intensivam, quæ est honor, cujus not.

1 Diversitas inter eos

1 Qui in naturali vivunt libertate.

2 Qui sunt cives Reipublicæ.

2 Fundamenta prout produunt

1 Aptitudinem ad, honorem, seu jus imperfectum.

2 Jus stricte dictum seu perfectum.

B

B 3

tum.

Le-  
con-  
ium

ocus



- 3
- 4 Potestas S. Imperii in bona contenta civitate triplex  
 1 Iis leges præscribendi.
- 2 Tributum & vectigal decerpendi.
- 3 Dominium eminens usurpandi.  
 Huc alicubi accedit Patrimonium  
 1 Principatui.  
 2 Reipublicæ
- 5 Bellum & Pax, ubi not. sunt  
 1 Belli causæ Justæ vel injustæ.  
 2 Modus agendi in bello per vim & dolum.
- 3 Divisio in  
 1 Solenne.  
 2 Minus solenne.
- 4 Jus belli movendi.
- 5 Licentia in bello.
- 6 Effectus.
- 6 Fœdera ubi not.  
 1 Divisio  
 1 In duas classes  
 1 Prioris classis sunt ea, quæ constituunt de aliquo officio invicem præstando.  
 2 Posterioris classis sunt  
 1 Æqualia  
 2 Inæqualia  
 1 Cum imminutione S. Imperii.  
 2 Sine imminutione S. Imp.  
 2 In realia & Personalia.
- 2 Causæ.
- 3 His conjunctæ sponciones.



7 Officia Civium, de quibus observantur

1 Divisio in

1 Generalia, quæ respiciunt

1 Rectores civitatis.

2 Totam civitatem

3 Concives.

2 Specialia

1 Consiliariorum

2 Clericorum.

3 Doctorum.

4 Judicum

5 Militiæ præfeclorum

6 Militum,

7 Ministrorum extra Patriam delegatorum.

8 Tributiorum.

2 Duratio.

## EPILOGUS.

**H**ic itaque habes L. B. Tuum Puffendorffium, optimum sane Jurisprudentiæ universalis interpretem, imo vivum luminis naturalis propugnatores. Suscipe hunc solida juris scientia mentisque acumine præstantem Virum, et desideratam propediem expecta interpretationem, nec non, pro re nata, emendationem. Habet enim, prout mortalium contingit animis, et suos Puffendorffius errores, imo a via recta et tritissima quandoq; deflectit subtilissimus, non dicam, redolet Hobbesianismum. Mirari tamen hic loci non satis possumus ingenium Dn. Eberhard. Rösleri, Prof. Phil. Pract. Tubingens. Clarissimi, qui in singulari Disf. Jur. Nat. paucis abhinc annis publici juris facta, varios Puffendorffio obtrudere conatur errores atq; commenta, quæ tamen ipse noster nunquam animo consecravit suo, nunquam posteritati et memoriae reliquit. Neq; enim, prout commemoratus judicat Vir, scita Juris Naturalis ad forum duntaxat Noster refert humanum, sed potissimum quoque atq; respicit internos, prout totus contextus impugnatae Præfationis ad lib. de Off. Hom. et Civ. docet atque

evin-

evincit. Jam quid opus est verbis, responsione, imo pugna, ubi ipse contextus et sana ratio Auctorem tuctur nostrum. Defensione sane indigemus et excusatione, si indicia adsint, aut suspensiones erroris, ejus accusamur, at ubi respectu nostri Auctoris lapsus offensionis? Sed urget aliud Philosophus imo contra §. 12. l. 2. c. 3. de Offic. in §. IX. adductae diatribae insurgit. In hac epocha Puffendorffius de lege differit naturali, ac quidem natura nota, imo docet, id non ita capiendum esse, quasi in animis hominum jam nascentium distinctae inhaereant propositiones, circa agenda et fugienda, sed quod illa per lumen rationis investigari possint, et recte omnino. Hoc impugnat Vir Clariss. et finem Juris Naturae, evidentia principiorum ejus, nec non Pauli verba Rom. II. §. 15. contra istam sententiam militare docet. Ut autem eo melius constet, quid hac de re habendum sit, quidq; impugnata thesis veri contineat, rem paucis considerabimus. Cardo vero totius rei vertitur in eo: utrum actuales propositiones nobiscum cognoscantur. Ad quam quaestionem ut negative respondeamus, postulat rei veritas ac natura. Totam enim cognitionem naturalem a sensibus dependere loquitur experientia, et confirmat sapientiorum auctoritas: Imo nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Hinc intelligere nihil aliud est quam pati; si hoc, necesse est objectum intellectus quin praexistat, et intellectui materiam cognoscendi suppeditet, inque eum agat. Concludim9 ergo, ut compendium verborum faciamus, hoc ratiocinio: Si omnis cognitio connotat actionem objecti in intellectum, sequitur, nullam cognitionem esse nobis congenitam, atqui, ergo. Imo si notitia daretur congenita vel principium connatum, sequeretur, quod omnibus mortalibus, et non aliquibus tantum in individuo sit congenitum, et ita non essent diversae moralistarum sententiae atque opiniones: Quomodo vero Paulus in moralitate summe edoctus Rom. 7. v. 7. c. 3. v. 20. et c. 5. v. 13. tunc sit interpretand9, si puta actuales cordi inscriptae essent propositiones, nondum video. Instat vero Vir Clariss. et potissimum textum Pauli Rom. II. v. 15. urget, asserendo: Pauli verba contra istam sententiam militare videntur. Imo videtur equidem militare contra essatum Auctoris nostri ipse Paul9. at re rectius perpena non militat. Docet enim Apostol9 adducto Capite, legem aliquam natura esse notam, et cordi hominum inscriptam, h. e. quemvis hominem, ratione sua utentem aptum esse ad illud sine revelatione speciali investigandum, sed quid inde? Ipsum quoque hoc docet et illustrat Puffendorffius, et nos in futuris lectionibus publicis docebimus. vid. de Offic. Hom. et Civ. c. 3. §. 12. Optamus itaq; ut alia, Vir Clariss. Puffendorffio opposuisset argumenta, quam ea, quae id pro concessio habent, quod est in quaestione, nec ei impetasset quod nunquam statuit. Haec pauca vero sunt quae praesenti Epilogo destinavimus. Quietius otium dabit reliqua, imo plura. PP. Vitteb. Mens. Maji 1714.

F I N I S.

on-  
nus  
ur,  
fo-  
git  
ura  
iam  
da,  
doe  
us,  
cet.  
pu-  
tius  
tur.  
ac  
ui-  
in-  
est  
in-  
m9  
co-  
ni-  
mi-  
non  
fac  
no-  
re-  
leo.  
do:  
tare  
ocet  
num  
sinc  
llu-  
ffic.  
ffet  
im-  
ina-


Fo 2124

8

W78

ULB Halle 3  
008 865 094





3

M

DELINEATIO  
 LIBRI PVFFENDORFFII  
 DE  
 OFFICIO HOMINIS  
 ET CIVIS

PRAELECTIONIBVS  
 ACCOMMOD  
 AVCTORE  
 JOHANNE GODOFRE  
 JVRIVM CANDI

